lio iustorum.
Quoniam novit dn̄s viam
iustorum et iter impiorum.
Gloria patri. psalmus.
Quare fremuerunt gentes
et populi meditati sunt
inania.
Astiterunt reges terre et princi
pes convenerunt in unum adū
sus dominum et adversus xpi
stum eius.
Dirumpamus vincula eor
et proiciamus a nobis iugum
ipsorum.

Qui habitat in celis irridebit
eos et dominus subsannabit eos
Tunc loquetur ad eos in ira
et in furore suo conturbabit eos
Ego autem constitutus sum
rex ab eo super syon montem sanctum
eius predicans preceptum eius
Dominus dixit ad me filius
meus es tu ego hodie genui te.
Postula a me dabo tibi gen
tes hereditatem tuam et possessi
onem tuam terminos terre.
Reges eos in virga ferrea et
tamquam vas figuli confringes eos
Et nunc reges eos intellige
te erudimini qui iudicatis ter

terram.

Servite domino in timore et
exultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam
nequando irascatur dominus
et pereatis de via iusta.

Cum exarserit in brevi ira eius
eius beati omnes qui confidūt
in eo.

Gloria patri. psalmus.

Verba mea auribus percipe
domine intellige clamo
rem meum.

Intende voci orationis mee
rex meus et deus meus.

Quoniam ad te orabo domine

mane exaudies vocem meā.
Mane astabo tibi et videbo qm̄
non deus volens iniquitatē tu es.
Neq; habitabit iuxta te ma
lignus neq; pmanebunt in
iusti ante oculos tuos.
Odisti omnes qui operant
iniquitatem perdes omnes qui
loquuntur mendacium.
Virum sanguinum et dolo
sum abhominabitur dominus
ego autem in multitudine mīe
tue.
Introibo in domum tuam
adorabo ad templum scm̄ tuū
in timore tuo.

Domine deduc me in iusticia
tua propter inimicos meos diri
ge in conspectu tuo viam meam
Quoniam non est in ore eo
rum veritas cor eorum vanum est
Sepulchrum patens est gut
tur eorum linguis suis dolose
agebant iudica illos deus.
Decidant a cogitacionibus
suis secundum multitudinem im
pietatum eorum et expelle eos
quoniam irritaverunt te domine
Et letentur omnes qui sperant
in te in eternum exultabunt et in
habitabis in eis.
Et gloriabuntur omnes qui

diligunt nomen tuum quia tu
benedices iusto.
Domine ut scuto bone volu
tatis tue coronasti nos.
Gloria patri. Ant. Benedicta
tu in mulieribus et benedictus fructus
ventris tui. Capitulum.
Felix namque es sacra virgo
Maria et omni laude di
gnissima quia ex te ortus est sol
iusticie xpistus deus noster. Deo
gracias. V. Diffusa est gracia in
labiis tuis. R. Propterea benedixit
te deus in eternum Diffusa est gracia in
labiis tuis Gloria patri Diffusa. V. Spe
cie tua et pulcritudine tua. R. Intende pro

spere procede et regna. Domine exaudi
Et clamor. Oremus. Oracio.

Deus qui apostolis tuis sc̄m
dedisti sp̄m concede plebi tue
pie devocionis effectum ut quibz
dedisti fidem largiaris et pacem.
Per Oracio.

Famulorum tuorum q̄s
domine delictis ignosce
ut qui tibi placere de actibz nr̄is
non valemus genitricis filii
tui domini nostri ihesu xpisti
intercessione salvemur P̄ Oracio.

Ecclesiam tuam.

Ad terciam.



DEus in adiutoriu
meum intende.
Domine ad adiu
uandum me festina.

Ueni creator. a'. Dignare me. ps.

Ad dominum cum tribu
larer clamaui et exaudi
uit me.

Domine libera animam me
am a labijs iniquis et lingua
dolosa.

Quid detur tibi aut quid ap
ponatur tibi ad linguam dolo
sam.

Sagitte potentis acute cū
carbonibus desolatorijs.

Heu michi quia incolatus
meus prolongatus est habitaui
cum habitantibus cedar multū
~~fuit~~ incola fuit anima mea.

Cum hiis qui oderunt pace
eram pacificus cum loquebar
illis impugnabant me gratis.
Gloria patri. psalmus.
Levavi oculos meos in
montes unde veniat
auxilium michi.
Auxilium meum a dño
qui fecit celum et terram.
Non det in commocionem
pedem tuum neqȝ dormiet qui
custodit te.
Ecce non dormitabit neqȝ
dormiet qui custodit israel
Dominus custodit te dñs
protectio tua sup manum dex

teram tuam.
Per diem sol non uret te ne
q; luna per noctem.
Dominus custodit te ab om
ni malo custodiat animam
tuam dominus.
Dominus custodiat introi
tum tuum ex hoc nunc et usq;
in seculum.
Gloria patri. psalmus.
Letatus sum in hiis que
dicta sunt michi in do
mum domini ibimus.
Stantes erant pedes nostri ī
atriis tuis ierusalem
Ierusalem que edificatur

ut civitas cuius participacio eius
in idipsum.
Illuc enim ascenderunt tri
bus tribus domini testimoni
um israel ad confitendum no
mini domini.
Quia illuc enim sederunt
sedes in iudicio sedes super do
mum david.
Rogate que ad pacem sunt
ierusalem et habundancia
diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua et
habundancia in turribz tuis
Propter fratres meos et pro
ximos meos loquebar pacem

de te.

Propter domum domini dei nostri quesiui bona tibi. ant.

Dignare me laudare te uirgo sacrata da michi uirtutem contra hostes tuos. Cap.

Paradisi porta per euam cunctis clausa est et per mariam uirginem iterum patefacta est Deo gracias. R. Specie tua et pulchritudine tua. V. Intende prospere procede et regna Specie. Gloria patri Spe

V. Adiuuabit eam deus uultu suo

R. Deus in medio eius non commouebitur. Domine exaudi. Oracio.

Adsit nobis quesumus domine uirtus et consolacio sancti

spiritus que et corda nostra de
menter expurget et ab omnibus
tueatur aduersis. Per Oratio.
Protege nos famulos tu
os quesumus domine
sub fidus pacis et beate marie
uirginis et patronis confiten
tes a cunctis hostibus nos redde
securos. Per Oratio.
Ecclesiam tuam qs dne.
Ad sextam.



Deus in adiutoriū
meum intende.
Domine ad ad
iuuandum me festina.

Gloria patri et filio et spiritui sancto.
Sicut erat in principio et nunc et semper et in secula seculorum amen. Ps.
Memento salutis auctor ut supra. V.
Post partum virgo. psalmus
Ad te levavi oculos meos qui habitas in celis.
Ecce sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum.
Sicut oculi ancille in manibus domine sue ita oculi nostri ad dominum deum nostrum donec misereatur nostri.
Miserere nostri domine miserere nostri quia multum repleti su

mus despectione

Quia multum repleta est anima nostra obprobrium habundantibus et despectio superbis

Gloria patri. psalmus.

Nisi quia dominus erat in nobis dicat nunc israel nisi quia dominus erat in nob

Cum exurgerent homines in nos forte uiuos deglutissent nos

Cum irasceretur furor eorum in nos forsitan aqua absorbuisset nos

Torrentem pertransiuit anima nostra forsitan pertransisset anima nostra aquam intollerabilem.

Benedictus dominus qui non dedit nos in capcione den tibus eorum.

Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenancium

Laqueus contritus est et nos liberati sumus.

Adiutorium nostrum in nomine domini qui fecit celum et terram.

Gloria patri. psalmus.

Qui confidunt in dño sicut mons syon non commouebitur in eternum qui habitat in ihrlm

Montes montes in circuitu

eius et dominus in circuitu po
puli sui ex nunc et usque in se
culum.
Quia non relinquet domi
nus virgam peccatorum super
sortem iustorum ut non exten
dant iusti ad iniquitatem
manus suas.
Benefac domine bonis et
rectis corde.
Declinantes autem in obli
gationes adducet dominus
cum operantibus iniquitatem
pax super israel. V. Post partum
virgo inviolata permansisti. R. Dei
genitrix intercede pro nobis. Capitulum

Gaude maria virgo cunc
tas hereses sola in ter
misti in universo mundo. Deo
gracias. R. Adiuvabit eam deus
vultu suo. V. Deus in medio eius
non commovebitur. Gloria patri
Elegit eam deus et preelegit eam.
Et habitare eam facit in tabernacu
lo suo. Oracio.
Mentes nostras quesumus
domine spiritus paraclitus
qui a te procedit illuminet et in
ducat in omnem sicut tuus p
misit filius veritatem. Per. Orō.
Beate et gloriose semper que
virginis marie quesumus

domine intercessio gloriosa nos
protegat et ad vitam eternā
perducat. Oratio.

Ecclesiam tuam tuam q̄s
domine benignus illustr̄
ut beati iohannis apostoli tui
et euuangeliste illuminata
doctrinis ad dona perveniat se-
piterna. Per dominum nostrū

Ad nonam.



Deus in adiutoriũ
meum intende.
Domine ad ad
iutorium me festina.

Gloria patri. Hympnus.
Veni creator spiritus. antiph.
Sicut lilium. psalmus.
In convertendo dominus
captivitatem syon facti
sumus sicut consolati.
Tunc repletum est gaudio
os nostrum et lingua nostra
in exultacione.
Tunc dicent inter gentes
magnificavit dominus facere
cum eis.
Magnificavit dominus fa
cere nobiscum facti sumus leta
tes.
Converte domine captivitatem

nostram sicut torrens in austro
Qui seminant in lacrimis
in exultacione metent.
Euntes ibant et flebant mit
tentes semina sua.
Venientes autem uenient
cum exultacione portantes ma
nipulos suos.
Gloria patri psalmus
Nisi dominus edificauerit
domum in uanum la
borauerunt qui edificant eam.
Nisi dominus custodierit ci
uitatem frustra uigilat qui
custodit eam.
Vanum est nobis ante lu

cem surgere surgite postquam
sederitis qui manducatis pa
nem doloris.
Cum dederit dilectis suis somp
num ecce hereditas domini filii
merces fructus ventris.
Sicut sagitte in manu po
tentis ita filii excussorum.
Beatus vir qui implevit de
siderium suum ex ipsis non con
fundetur cum loquetur inimicis
suis in porta.
Gloria patri. psalmus.
Beati omnes qui timent
dominum qui ambu
lant in viis eius.

Labores manuum tuarum quia manducabis beatus es et bene tibi erit.

Uxor tua sicut vitis habundans in lateribus domus tue.

Filii tui sicut novelle olivarum in circuitu mense tue. Ecce sic benedicetur homo qui timet dominum.

Benedicat tibi dominus ex syon ut videas bona ihrlm omnibus diebus vite tue.

Et videas filios filiorum tuorum pacem super israel. ant.

Sicut lilium inter spinas sic amica mea inter filias. Capitulum

[P]er te dei genitrix est no
bis vita perdita data
que de celo suscepisti prolem et
mundo genuisti salvatorem
Deo gracias. V. Elegit eam deus
et preelegit eam. R. Et habitare eam
facit in tabernaculo suo. Elegit eam
Gloria patri. V. Post partum virgo in
violata permansisti. R. Dei genitrix
intercede pro nobis. Oracio.

[M]entibus nostris quesu
mus domine spiritum
paraclitum benignus infunde
ut cuius sapiencia conditi su
mus et providencia guberne
mur. Per. Oracio.

Concede quesumus omni
potens et misericors deus
fragilitati nostre presidium
ut qui sancte dei genitricis et
uirginis marie requiem celebra
mus intercessionis eius auxi
lio a nostris iniquitatibus re
surgamus per dominum no
strum ihesum xpm filium tu
um qui tecum uiuit et regnas
deus per xpm dominum nostrum
Ecclesiam tuam quesumus
domine ut supra.

Ad uesperas.



Deus in adiutoriū
meum intende.
Domine ad ad
iuuandum me festina.

Gloria patri et filio. Antiph[on]
Beatam me dicent. psalmus.
Letatus sum in hiis. psalm[us].
Ad te levavi oculos meos ps.
Nisi quia dominus psalm[us].
Qui confidunt in domino
In convertendo dominus a[ntiphona].
Beatam me dicent omnes gene
rationes quia ancillam humilem
respexit deus. Capitulum.
Beata es virgo maria q[ue]
dominum portasti crea
torem mundi genuisti qui te
& in eternum p[er]manes virgo
Deo gracias. Hympnus.
Ave maris stella dei mat[er]

alma atque semper virgo felix ce
li porta.
Sumens illud ave gabrieli
ore funda nos in pace mutans
nomen eve.
Solve vincla reis profer lu
men cecis mala nostra pelle bo
na cuncta posce.
Monstra te esse matrem sumat
per te preces qui pro nobis natus
tulit esse tuus.
Virgo singularis inter omnes
mitis nos culpis solutos mites
fac et castos.
Vitam presta puram iter pa
ra tutum ut videntes ihesum semper

colletemur.

Sit laus deo patri summo
xpo decus spiritui sancto triu^s
honor unus amen. Versus. Post
partum virgo inviolata permansisti R.
Dei genitrix intercede pro nobis. Ant.
Sancta maria. psalmus

Magnificat anima mea
dominum.

Et exultavit spiritus meus in
deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem
ancille sue ecce enim ex hoc bea
tam me dicent omnes genera
tiones.

Quia fecit mihi magna qui

potens est et sanctum nomen eius
Et misericordia eius a progenie in
progenies timentibus eum.
Fecit potenciam in brachio
suo dispsit superbos mente cor
dis sui.
Deposuit potentes de sede et
exaltavit humiles.
Esurientes implevit bonis
et divites dimisit inanes.
Suscepit israel puerum su
um recordatus est misericordie
sue.
Sicut locutus est ad patres no
stros abraham et semini eius
in secula.

Gloria patri et filio et spiritui sancto. An. Sancta maria succurre miseris iuva pusillanimes refove flebiles ora pro populo interveni pro clero intercede pro devoto femineo sexu. Oremus. Oratio.

Deus qui corda fidelium.

Concede nos famulos tuos.

Ecclesiam tuam quesumus domine benignus illustra.

Ad completorium.



Conuerte nos deus
salutaris noster
Et auerte iram
tuam a nobis.

Deus in adiutorium me-
um intende.
Domine ad adiuvandū
me festina.
Gloria patri. A. Sancta dei genitrix
Usq; quo domine oblivi-
sceris me in finem usq;
quo avertis faciem tuam
Quam diu ponam consi-
lia in anima mea dolorem ī
corde meo per diem
Usq; quo exaltabitur ini-
micus meus super me respice
et exaudi me domine deus m̄s
Illumina oculos meos ne
unquam obdormiam in mor

te nequando dicat inimicus
meus preualui aduersus
eum
Qui tribulant exultabunt
si motus fuero ego autem in
misericordia tua speraui
Exultauit cor meum in sa
lutari tuo cantabo domino qui
bona tribuit michi et psallam
nomini domini altissimi.
Gloria patri. psalmus.
Iudica me deus et discerne
causam meam de gente
non sancta ab homine iniquo
et doloso eripe me
Quia tu es deus fortitudo

mea quare me repulisti et qua
re tristis es incedo dum affli
git me inimicus.
Emitte lucem tuam et veri
tatem tuam ipsa me deduxe
runt et adduxerunt ad mon
tem sanctum tuum et in ta
bernacula tua.
Et introibo ad altare dei ad
deum qui letificat iuuentu
tem meam.
Confitebor tibi in cythara
deus deus meus quare tristis
es anima mea et quare con
turbas me.
Spera in deo quoniam ad

hunc confitebor illi salutare
vultus mei et deus meus.
Gloria patri. psalmus.
Sepe expugnaverunt
me a iuventute mea
dicat nunc israel.
Sepe expugnaverunt me a
iuventute mea etenim non
potuerunt michi.
Supra dorsum meum fabri-
caverunt peccatores prolonga-
verunt iniquitatem suam.
Dominus iustus concidet cer-
vices peccatorum confundantur
et convertantur retrorsum omnes
qui oderunt syon.

Fiant sicut fenum tectorum quod priusquam evellatur exaruit.

De quo non implevit manum suam qui metet et sinum suum qui manipulos colliget

Et non dixerunt qui preteribant benedictio domini super vos benediximus vobis in nomine domini.

Gloria patri. psalmus

Domine non est exaltatum cor meum neque elati sunt oculi mei.

Neque ambulavi in magnis neque in mirabilibus super me

Si non humiliter sentiebā͂ s;
exaltaui animam meam.
Sicut ablactatus est sup matre
sua ita retribucio in aīa mea
Speret israel in domino ex hoc
nūc et usq; in seculum. Aña. Sca
dei genitrix uirgo maria intercede pro
nobis ad dominum deum nostrū. ps.
Virgo dei genitrix. Capitulū.
Sicut cynamomum et bal
samum aromatizans
odorē dedi quasi mirra electa de
di suauitatē odoris deo gratias
V. Ecce ancilla dom̄i. R. Fiat in scdm
ūbum tuum. Aña. Cum iocunditate. ps.
Nunc dimittis seruū tuū

dn̄e scd̄m ṽbum tuū in pace
Quia viderunt oculi mei salutare
tuū. Quod pasti oīm populor
Lumen ad revelacionē oīm
gencium et gl'iam plebis tue isrl'. Aṅ.
Cum iocunditate memoriam b̄e marie
celebremus ut ipsa p nobis intercedat
dnm̄ deum nrm̄. Oracio.
Ure igne sc̄i spūs renes nros et
cor nrm̄ dn̄e ut tibi casto corpe
serviam⁹ et mūdo corde placeam⁹
Graciam tuā q̄s dn̄e mentib; nr̄is
infunde ut q̄ angelo nūciante xp̄i
filii tui incarnacōne cognovim⁹ p
passionē ei⁹ et crucē ad resurrectōis gl'i
am pducam̄. p Ecclesiam tuā.



Domine ne in fu
rore tuo arguas
me neqꝫ in ira
tua corripias me.

Miserere mei domine quoniã
infirmus sum sana me domine
quoniam conturbata sunt om
nia ossa mea.

Et anima mea turbata est
valde sed tu domine usqꝫquo

Convertere domine et eripe ani
mam meam saluum me fac
propter misericordiam tuam

Quoniam non est in morte
qui memor sit tui in inferno
autem quis confitebitur tibi.

Laboraui in gemitu meo la
uabo ꝑ singulas noctes lectum
meum lacrimis meis stratum
meum rigabo.

Turbatus est a furore oculus
meus inueteraui inter omnes i-
nimicos meos.
Discedite a me omnes qui
operamini iniquitatem quoniam
exaudiuit dominus uocem flet-
tus mei
Exaudiuit dominus depreca-
cionem meam dominus orationem
meam suscepit
Erubescant et conturbentur
uehementer omnes inimici
mei conuertantur et erubescant
ualde uelociter.
Gloria patri et filio et spiritui sancto
Sicut erat in principio etc. Ps.

Beati quorum remisse sunt
iniquitates et quorum
tecta sunt peccata.
Beatus vir cui non imputa
uit dominus peccatum nec est in
spiritu eius dolus.
Quoniam tacui inueterauer
unt ossa mea dum clamarem
tota die.
Quoniam die ac nocte graua
ta est sup me manus tua con
uersus sum in erumpna mea
dum configitur spina.
Delictum meum cognitum
tibi feci et iniusticiam meam
non abscondi.

Dixi confitebor adversum me
in iustitiam meam domino
& tu remisisti impietatem pecca
ti mei.

Pro hac orabit ad te omnis
sanctus in tempore oportuno

Uerumptamen in diluvio
aquarum multarum ad eū
non approximabunt.

Tu es refugium meum a
tribulacione mea que circum
dedit me exultacio mea erue
me a circumdantibz me

Intellectum tibi dabo et in
struam te in via hac qua gra
dieris firmabo sup̄ te oculos

meos

Nolite fieri sicut equus et
mulus quibus non est in
tellectus.

In chamo et freno maxil
las eorum constringe qui
non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris
sperantem autem in domino
misericordia circumdabit.

Letamini in domino et
exultate iusti et gloriamini
omnes recti corde.

Gloria patri et filio. psalmus

Domine ne in furore
tuo arguas me neque

in ira tua corripias me.
Quoniam sagitte tue infixe
sunt michi et confirmasti sup
me manum tuam.
Non est sanitas in carne
mea a facie ire tue non est pax
ossibus meis a facie peccator
meorum.
Quoniam iniquitates mee
supergresse sunt caput meum
et sicut honus grave gravata
te sunt super me.
Putruerunt et corrupte sunt
cicatrices mee a facie insipien
cie mee.
Miser factus sum et curvatus

sum usqꝫ in finem tota die co
ntristatus sum ingrediebar.
Quoniam lumbi mei im
pleti sunt illusionibz et non
est sanitas in carne mea.
Afflictus sum et humilia
tus sum nimis rugiebam a
gemitu cordis mei.
Domine ante te omne desi
derium meum et gemitus meꝰ
a te non est absconditus.
Cor meum conturbatum
est in me dereliquid me virtꝰ
mea et lumen oculorum meoꝝ
et ipsum non est mecum.
Amici mei et proximi mei

aduersum me appropinqua
uerunt et steterunt.
Et qui iuxta me erant de
longe steterunt et uim facie
bant qui querebant animam
meam.
Et qui inquirebant ma
la michi locuti sunt uanita
tes et dolos tota die meditaban
tur
Ego autem tamquam sur
dus non audiebam et sicut
mutus non aperiens os suum
Et factus sum sicut homo
non audiens et non habens
in ore suo redargutiones

Quoniam in te domine
speravi tu exaudies me dñe
deus meus.
Quia dixi nequando su
pergaudeant michi inimici
mei et dum commoventur
pedes mei super me magna
locuti sũt.
Quoniam ego in flagel
la paratus sum et dolor meꝰ
in conspectu meo semper.
Quoniam iniquitatem
meam annunciabo et cogi
tabo pro peccato meo.
Inimici autẽ mei vivũt
et confirmati sunt sup me

multiplicati sunt qui oderunt
me inique.
Qui retribuunt mala pro
bonis detrahebant michi quo
niam sequebar bonitatem
Ne derelinquas me domi
ne deus meus ne discesseris
a me.
Intende in adiutorium
meum domine deus salutis
mee.
Gloria patri. psalmus.
Miserere mei deus secun
dum magnam mise
ricordiam tuam.
Et secundum multitudi

nem miseracionum tuarum de
le iniquitatem meam.
Amplius laua me domi
ne ab iniquitate mea et a
peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem
meam ego cognosco et pecca
tum meum contra me est semp.
Tibi soli peccaui et malum
coram te feci ut iustificeris i
sermonibus tuis et uincas
cum iudicaris.
Ecce enim iniquitatibus
conceptus sum et in peccatis
concepit me mater mea.
Ecce enim ueritatem dile

xisti incerta et occulta sapiẽ
cie tue manifestasti michi
Asperges me domine ysopo
et mundabor lavabis me et
super nivem dealbabor.
Auditui meo dabis gau
dium et leticiam et exultabũt
ossa humiliata.
Averte faciem tuam a
peccatis meis et omnes ini
quitates meas dele.
Cor mundum crea in me
deus et spiritum rectum in
nova in visceribus meis.
Ne proicias me a facie tua
et spiritum sanctum tuum

ne auferas a me

Redde michi leticiam salu
taris tui et spiritu principali
confirma me.

Docebo iniquos vias tuas
et impii ad te convertentur

Libera me de sanguinibz
deus deus salutis mee et ex
altabit lingua mea iusticiam
tuam.

Domine labia mea aperi
es et os meum annunciabit
laudem tuam.

Quoniam si voluisses sac
ficium dedissem utiqz holocau
stis non delectaberis

Sacrificium deo spiritus co
tribulatus cor contritum et
humiliatum deus non despicie
Benigne fac domine in bona
uoluntate tua syon ut edifice
tur muri ihrusalem.
Tunc acceptabis sacrificium
iusticie oblaciones et holocau
sta tunc imponent super alta
re tuum uitulos.
Gloria patri. psalmus.
Domine exaudi oracio
nem meam et clamor
meus ad te ueniat.
Non auertas faciem tuam
a me inquacumque die tribulor

inclina ad me aurem tuam
In quacumqȝ die inuoca
uero te uelociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fum⁹
dies mei et ossa mea sicut cremi
um aruerunt.
Percussus sum ut fenum
et aruit cor meum quia obli
tus sum commedere panem
meum.
A uoce gemitus mei adhesit
os meum carni mee.
Similis factus sum pellica
no solitudinis et factus sum
sicut nicticorax in domicilio.
Vigilaui et factus sum sic

passer solitarius in tecto.
Tota die exprobabant michi
inimici mei et qui laudabat
me adversum me iurabant
Quia cinerem tamquam
panem manducabam et po
tum meum cum fletu miscebā
A facie ire indignacionis tue
quia elevans allixisti me.
Dies mei sicut umbra decli
naverunt et ego sicut fenum
arui.
Tu autem domine in eternū
permanes et memoriale tuū
in generacione et generacio
nem.

Tu exurgens domine mise
reberis syon quia tempus miseren
di eius quia venit tempus.
Quoniam placuerunt servis
tuis lapides eius et terre eius
miserebuntur.
Et timebunt gentes nomen
tuum domine et omnes reges
terre gloriam tuam.
Quia edificavit dominus
syon et videbitur in gloria sua.
Respexit in oracionem hu
milium et non sprevit precem
eorum.
Scribantur hec in generacio
ne altera et populus qui crea

bitur laudabit dominum.

Quia prospexit de excelso sc̄o sancto suo dominus de celo in terram aspexit.

Ut audiret gemitus compe ditorum ut solueret filios interemptorum.

Ut annuncient in syon no men domini et laudem eius ī ierusalem.

In conueniendo populos ī unum et reges ut seruiant do mino.

Respondit ei in uia uirtutis sue paucitatem dierum meor nuncia michi.

Ne reuoces me in dimidio
dierum meorum in generati
one et generationem anni
tui.
Initio tu domine terram
fundasti et opera manuum
tuarum sunt celi.
Ipsi peribunt tu autem p
ibunt tu autem permanes
et omnes sicut uestimentum
ueterascent.
Et sicut opertorium mu
tabis eos et mutabuntur tu
autem idem ipse es et anni tui
non deficient
Filii seruorum tuorum

habitabunt et semen eorum in
seculum dirigetur
Gloria patri.
De profundis clamaui ad
te domine domine exau
di uocem meam.
Fiant aures tue intendentes
in uocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris
domine domine quis sustine
bit.
Quia apud te propiciacio
est propter legem tuam susti
nuite domine
Sustinuit anima mea in
uerbo eius sperauit anima mea

in verbo eius speravit anima
mea in domino.

A custodia matutina usque
ad noctem speret israel in dño

Quia apud dominum misericordia
et copiosa apud eum redemptio

Et ipse redimet israel ex om
nibus iniquitatibus eius.

Gloria patri. Oracio.

Domine exaudi oracio
nem meam auribus
percipe obsecrationem meam
in veritate tua exaudi me et
tua iusticia.

Et non intres in iudici
um cum servo tuo quia nõ

iustificabitur in conspectu tuo
omnis vivens.
Quia persecutus est inimicus
animam meam humiliavit
in terra vitam meam.
Collocavit me in obscuris
sicut mortuos seculi et anxiatus est super
me spiritus meus in me tur-
batum est cor meum.
Memor fui dierum antiquo-
rum meditatus sum in om-
nibus operibus tuis in factis
manuum tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad
te anima mea sicut terra sine
aqua tibi.

Velociter exaudi me domine
defecit spiritus meus.
Non auertas faciem tuam
a me et similis ero descendenti
bus in lacum.
Auditam fac michi mane
misericordiam tuam quia in
te speraui.
Notam fac michi uiam in
qua ambulem quia ad te leua
ui animam meam.
Eripe me de inimicis meis
domine ad te confugi doce me fa
cere uoluntatem tuam quia
deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet

me in terram rectam propter
nomen tuum domine viui
ficabis me in equitate tua.
Educes de tribulacione ani
mam meam et in misericor
dia tua disperdes omnes inimi
cos meos.
Et perdes omnes qui tribu
animam meam quoniam
ego servus tuus sum.
Gloria patri et filio et spiritui
sancto.
Sicut erat in principio et nūc
et semper et in secula seculorum
amen. Antiphona. Ne reminiscaris
domine delicta nostra vel parentum no

strorum neqz uindictam sumas de pec
catis nostris parce domine parce popu
lo tuo quem redemisti precioso san
guine tuo ne ineternum irascaris
nobis. Letania.

Kyrieleyson Xpisteleyson
Kyrieleyson.

Xpiste audi nos.

Pater de celis deus miserere
nobis.

Fili redemptor mundi deus
miserere nobis.

Spiritus sancte deus miserere
nobis

Sancta trinitas unus deus
miserere nobis.

Sancta maria ora pro nobis
Sancta dei genitrix. Or
Sancta virgo virginum. Or
Sancte michael Or
Sancte gabriel Or
Sancte raphael Or
Sancte uriel Or
Omnes sancti angeli et ar
changeli dei orate pro nobis.
Omnes sancti beatorum
spirituum ordines. Orate
Sancte iohannes baptista.
Omnes sancti patriarche et
prophete. Orate
Sancte petre Or
Sancte paule. Or

Sancte andrea ora
Sancte iacobe ora
Sancte bartholomee ora
Sancte symon ora
Sancte iuda ora
Sancte thadee ora
Sancte iohannes ora
Sancte thoma ora
Sancte philippe ora
Sancte mathee ora
Sancte luca ora
Sancte marce ora
Sancte barnaba ora
Omnes sancti apostoli et euangeliste dei orate
Sancte stephane ora

Sancte line or
Sancte clete or
Sancte clemens or
Sancte sixte or
Sancte cornelii or
Sancte cipriane or
Sancte laurenti or
Sancte vincenti or
Sancte fabiane or
Sancte sebastiane or
Sancte crispine or
Sancte crispiniane or
Sancte dyonisii ꝯ. s. t. or
Sancte mauricii ꝯ. s. t. or
Sancte eustachii ꝯ. s. t. or
Sancte blasii ꝯ. s. t. or

Sancte caprasi or

Sancte georgi or

Sancte xpistofore or

Sancte leodegari or

Sancte leonarde or

Sancte vincenti or

Sancte petre martir or

Omnes sancti martires orate

Sancte silvester or

Sancte martine or

Sancte albine or

Sancte augustine or

Sancte hylari or

Sancte nicholae or

Sancte martine or

Sancte benedicte or

Sancte ieronime or
Sancte ambrosi or
Sancte turguale or
Sancte leo or
Sancte anthoni or
Sancte guillē or
Sancte honorate or
Sancte germane or
Sancte remigi or
Sancte bonifaci or
Sancte medarde or
Sancte amanci or
Sancte lazare or
Sancte thobalde or
Sancte pauline or
Sancte paulicane or

Sancte marcelline Or.
Sancte geralde Or.
Sancte philiberte Or.
Sancte egidi Or.
Sancte effrem Or.
Sancte paule heremita Or.
Sancte apolinari Or.
Sancte bernarde Or.
Sancte roberte Or.
Sancte dominice Or.
Sancte francisce Or.
Sancte anthoni Or.
Sancte gregorii Or.
Sancte yvo Or.
Sancte senane Or.
Sancte guillerme Or.

Sancte paule or
Sancte corentine or
Omnes sancti confessores or
Sancta maria magdalena or
Sancta maria egipciaca or
Sancta anna or
Sancta katherina or
Sancta felicitas or
Sancta perpetua or
Sancta agatha or
Sancta agnes or
Sancta barbara or
Sancta appollonia or
Sancta brisca or
Sancta lucia or
Sancta cecilia or

Sancta petronilla ora
Sancta martha ora
Sancta anastasia ora
Sancta columba ora
Sancta scolastica ora
Sancta iuliana ora
Sancta potenciana ora
Sancta eulalia ora
Sancta praxedis ora
Sancta susanna ora
Sancta tecla ora
Sancta margareta ora
Sancta brigida ora
Sancta clara ora
Sancta fides ora
Sancta spes ora

Sancta caritas or
Sancta castitas or
Sancta cristina or
Omnes sancte uirgines or
Omnes sancti et sancte or
Propitius esto parce nobis do
mine.
Ab omni malo libera nos dne
Ab insidijs dyaboli. l'
Ab presenti malo. l'
Ab ira et odio et omni mala
uoluntate l'
A subitanea et inprouisa mor
te. Per misterium sancte incar
nacionis tue. l'
Per annunciacionem tuam l'

Per aduentum tuum l'
Per natiuitatem tuam l'
Per circumcisionem tuam l'
Per baptismum tuum l'
Per apparitionem tuam l'
Per ieiunium tuum l'
Per mortem piissimam tuam l'
Per gloriosam resurrectionem tuam. l'
Per admirabilem ascensionem tuam. l'
Per graciam sancti spiritus paracliti. l'
In hora mortis succurre nobis domine. l'
In die iudicii l'


Peccatores te rogamus audi
nos. Te r
Ut pacem et concordiam nob
dones. Te r
Ut misericordia et pietas nos
custodiat. Te r
Ut ecclesiam tuam sanctam
et immaculatam regere et deffensa
re digneris. Te r
Ut regem nostrum et principes
nostros et omnem populum xpi
stianum sibi subditum in sanc
ta pace conservare digneris. Te r
Ut fructus terre dare et conser
vare digneris. Te r
Ut nos exaudire digneris Te r

Fili dei .iii. Tr.
Agnus dei qui tollis peccata mundi parce nobis domine.
Agnus dei qui tollis peccatã mundi exaudi nos domine.
Agnus dei qui tollis peccata mundi miserere nobis.
Kyrieleyson.
Christeleyson.
Kyrieleyson.
Pater noster qui es in celis
Et ne nos inducas.
Sed libera nos a malo.
Domine exaudi orõnẽ meã.
Et clamor meus ad te veniat. Oremus. Oracio.

Deus cui proprium est misereri semper et parcere suscipe deprecationem nostram ut quos delictorum cathena constringit miseratio tue pietatis absoluat. Per oremus. Oratio.

Fidelium deus omnium conditor et redemptor animabus famulorum famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum ut indulgenciam quam semper optauerunt piis supplicationibus consequantur. Qui uiuis.

Cy apres sensuiuent les heures de la croix.



Domine labia mea
aperies.
Et os meum an
nunciabit laudem tuam.

Deus in adiutorium meum
intende.
Domine ad adiuuandum me
festina.
Gloria patri et filio et spiritui scō
Sicut erat in principio. *hymꝰ*
Patris sapiencia ueritas di
uina deus homo captus ē
hora matutina a suis discipulis
cito derelictus a iudeis uenditus tra
ditus afflictus. *Vers.* Adoramus te xpiste
et benedicimus tibi quia p sanctam cru
cem tuam redemisti mundum. Domi
ne exaudi Et clamor. *Oratio.*
Domine ihesu xpiste fili dei
uiui pone passionem tuam

cem et mortem tuam inter iudici
um tuum et animam meam
nunc et in hora mortis mee et se
per largiri digneris gratiam et mi
sericordiam vivis et deffunctis re
quiem et veniam ecclesie tue pa
cem et concordiam et nobis pec
catoribus vitam et gloriam sem
piternam Qui vivis. Ad primam.

Deus in adiutorium. Hymnus.

Hora prima ductus est ihesus
ad pylatum fallis testimo
niis multum accusatum in col
lo percuciunt manibus ligatum
vultum dei conspuunt lumen
celi gratum. Antiphona. Adoramus te

Domine ihesu xpiste. Ad tertiam.
Deus in adiutorium. Hym.
Crucifige clamitant hora
tertiarum illusus indui
tur ueste purpurarum caput
eius pungitur corona spina
rum. Crucem portans humeris
ad locum penarum. Antipho.
Adoramus te xpiste. Oracio.
Domine ihesu xpiste. Ad vi.
Deus in adiutorium. Hy.
Hora sexta ihesus est cruci
conclauatus et est cum
latronibus pendens reputatus
Pre tormentis siciens felle sat
atus. Agnus crimen diluit sic

uiuificatus. ℣lus Adoramus te xpe.
Domine ihesu xpiste. Oratio
Deus in adiutorium. Ad ix.
Hora nona dominus ihesus
xpistus expirauit heli
clamans animam patri com
mendauit latus eius lancea
miles perforauit terra tunc con
tremuit et sol obscurauit. ℣lus.
Adoramus te xpiste. Oratio.
Domine ihesu xpiste. Ad vs.
Deus in adiutorium. hymnus
De cruce deponitur hora vesp
tina fortitudo latuit in me
te diuina Talem mortem subiit
uite medicina Heu corona glie

iacuit spina. ℣. Adoramus te xpe. Or.
Domine ihesu xpe Ad compl[etorium].
Converte nos deus salutaris
noster.
Et averte iram tuam a nobis
Deus in adiutorium. Hympnus.
Hora completorii datur se
pultum corpus xpisti no
bile spes vite futurum conditur aro
mate complentur scriptura Iu
gis sit memoria mors hec michi
cure. Recomendacio.
Has horas canonicas cum
devocione xpe tibi recolo pia
racione ut qui pro me passus es
amoris ardore sis michi consiliũ

m mortis agone. Antip. Adoramus te xpiste Oremus. Oratio.

Domine ihesu xpiste.

Cy apres sensuivent les heures du saint esperit.



Domine labia mea
aperies.
Et os meum an
nunciabit laudem tuam.

Deus in adiutorium etc. A.
Veni sancte spiritus reple tuorum cor-
da fidelium et tui amoris in eis ignē
accende. Hympnus.

Nobis sancti spiritus gr̃a
sit data de qua virgo vir-
ginum fuit obumbrata Cum
per sanctum angelum fuit salu-
tata Verbum caro factum est
virgo fuit fecundata. Vsus. Emitte
spiritū tuum et creabuntur etc. R.
Et renouabis faciem terre. Oracio.

Omnipotens sempiterne
deus da nobis illam sc̃i
spiritus graciam quam discipu-
lis tuis in die penthecostes tribū

misisti. Per xpm. Ad primam.
Deus in adiutorium. Antiphona.
Veni sancte spiritus. Hympnus.
De virgine filius xpus fuit
natus et crucifixus mortuus
atque tumulatus resurgens disci
pulis fuit demonstratus Et ipsis
cernentibus celis elevatus. Versus.
Emitte spiritum tuum. Oratio.
Omnipotens sempiterne. Ad iij
Deus in adiutorium. antiphona.
Veni sancte spiritus. Hympnus.
Suum sanctum spiritum deus
delegavit in die penthecostes
ipsos confirmavit et de linguis
igneis ipsos inflammavit Reli

quere orphanos denegauit. a[ntiphona].
Ueni sancte spiritus. ℣. Emitte. Or[atio].
Omnipotens. Ad sextam.
Deus in adiutorium. Hym[nus].
Septiformam gratiam
nunc acceptauerunt
Quem promissa cuncta cog
nouerunt Ad diuersa climata mun
di recesserunt Et fidem catholi
cam tunc predicauerunt. ant.
Ueni sancte spiritus. ℣. Emitte. Or[atio].
Omnipotens. Ad nonam.
Deus in adiutorium. ant.
Ueni sancte spiritus. Hympnus.
Spiritus paraclitus fuit apellatus
donum dei caritas fons

uiuificat. Spiritalis unctio igitur infla-
mat. Septiformis gratia cantissima
nocat. ℟. Emitte. Deus in adiutorium. Ad completorium.
Dextre dei digitus noster spiritus. Ant. Veni
Deitatis nos defendat et curat ab
omnibus malis ut nobis non noceat demo-
num temptatio pretegat et nutriat foueat cor-
da. ℟. Emitte. Omnipotens. Completorium.
Comitte nos Deus in adiutorium.
Spiritus paraclitus nos ue. Ant. Clem
Sit uiuere Gressus nostros regere
et illuminare. Tunc cum deus uenerit omnes iudi-
care nos uelit ad dexteram suam appellare.
Has horas canonicas cum deuocione
in sancte spiritus preparatione dixi ut nos insi-
tes in spiritu sancto Ut uiuamus iugiter celi
regione



In vigilia mortuorum. Ad vs. a

Placebo psalmus.
Dilexi quoniã ex
audiet dñs vo

cem oracionis mee.
Quia inclinauit aurem suã
michi et in diebus meis inuocabo
Circumdederunt me dolores
mortis et pericula inferni inue
nerunt me.
Tribulacionem et dolorem
inueni et nomen domini in
uocaui.
O domine libera animam
meam misericors dominus et
iustus et deus noster miseretur
Custodiens paruulos dominus
humiliatus sum et liberauit
me.
Conuertere animam meã

in requiem tuam quia domin⁹
benefecit tibi.
Quia eripuit animam me
am de morte oculos meos a lapsu.
Placebo domino in regione
vivorum.
Requiem eternam dona eis
domine. an. Placebo domino in re
gione vivorum. ant. Heu me. ps.
Ad dominum cum tribularer.
a. Heu me quia incolatus meus pro
longatus est. ant. Dominus. psalm⁹.
Levavi oculos meos. antiph.
Dominus custodit te ab omni malo
custodiat animam tuam dominus.
ant. Si iniquitates. psalmus.

De profundis clamaui. ant.
Si iniquitates obseruaueris domine
domine quis sustinebit. ant. Opera
manuum. psalmus
Confitebor tibi domine in
toto corde meo quoniam
exaudisti uerba oris mei.
In conspectu angelorum psal
lam tibi deus meus adorabo ad
templum sanctum tuum et
confitebor nomini tuo.
Super misericordia tua et in ue
ritate tua quoniam magnifi
casti super omne nomen sanc
tum tuum.
In quacumque die inuocauero

te exaudi me multiplicabis in
anima mea uirtutem.
Confiteantur tibi domine
omnes reges terre quia audierunt
omnia uerba oris tui.
Et cantent in uiis domini
quoniam magna est gloria
domini.
Quoniam excelsus domi
nus et humilia respicit et alta
a longe cognoscit.
Si ambulauero in medio
tribulacionis uiuificabis me
et super iram inimicorum me
orum extendisti manum tuam
et saluum me fecit dextera tua.

Dominus pro me domine m̃ia
tua in secula opera manuum tua
rum ne despicias.
Requiem eternam dona eis
domine. Antiph. Opera manuum
tuarum ne despicias. Anth. Qui la
zarum. Psalmus.
Magnificat anima mea dñm.
añ. Qui lazarum resuscitasti a mo
numento fetidum tu eis domine do
na requiem in locum indulgencie
Pater noster Et ne nos. Versus. In me
moria eterna erunt iusti. Respons.
Ab audicione mala non timebunt.
Vsus. A porta inferi. R. Erue domine
animas eorum. V. Credo videre bo

domini. ℟. Inclina univenam. psalm?

Lauda anima mea domi
num laudabo deum me
um in uita mea psallam deo
meo quam diu fuero.
Nolite confidere in principi
bus nec in filijs hominum in
quibus non est salus.
Exibit spiritus eius et reuer
tetur in terram suam in illa
die peribunt omnes cogitatio
nes eorum.
Beatus cuius deus iacob ad
iutor eius spes eius in domino
deo ipsius qui fecit celum et ter
ram mare et omnia que in eis

sunt.
Qui custodit ueritatem in
seculum facit iudicium iniu
riam pacientibus dat esurien
tibus.
Dominus soluit compedi
tos dominus illuminat cecos
Dominus erigit elisos domi
nus diligit iustos.
Dominus custodit aduenas
pupillum et uiduam suscipi
et et uias peccatorum disperdet.
Regnabit dominus in secu
la deus tuus syon in generatio
ne et generationem.
Requiem eternam dona eis do

mine.

Domine exaudi orationem meam. Oremus. Oratio.

Inclina domine aurem tuam ad preces nostras quibus misericordiam tuam supplices deprecamur ut animam famuli tui quam de hoc seculo migrare iussisti in pacis ac lucis regione constituas et sanctorum tuorum iubeas esse consortem.

Deus venie largitor et humane salutis amator quesumus clementiam tuam ut nostre congregationis fratres sorores amicos meos

qui ex hoc seculo transierunt bea
ta maria semper virgine inter
cedente cum omnibz sanctis tui
ad perpetue beatitudinis consor
cium pervenire concedas. Per. or.
Deus qui nobis patrem et
matrem honorare precepi
sti miserere clementer animabz
patris mei et matris mee eorum
qz peccata dimitte me que cum
eis in eterne claritatis gaudio
fac videre per xpistum domi
num nostrum. Oratio.
Fidelium deus omnium. a.
Dirige domine. Psalmus.
Verba mea auribus. anth.

Dirige domine deus meus in conspectu
tuo viam meam. ant. Convertere. ps.
Domine ne in furore. antiph.
Convertere domine et eripe animam me
am quoniam non est in morte qui me
mor sit tui. ps. Nequando. psalmus
Domine deus meus in te spera
vi salvum me fac ex om
nibus persequentibus me et libera
me.
Nequando rapiat ut leo ani
mam meam dum non est qui
redimat neque qui salvum faciat
Domine deus meus si feci
istud si est iniquitas in mani
bus meis.

Si reddidi retribuentibus
michi mala decidam merito
ab inimicis meis inanis.
Persequatur inimicus ani
mam meam et comprehendat et
conculcet in terra vitam meam
et gloriam meam in pulverē
deducat.
Exurge domine in ira tua
et exaltare in finibus inimicorum
meorum.
Et exurge domine in precep
to quod mandasti et sinagoga
populorum circumdabit te.
Et propter hanc in altum
regredere dominus iudicat populos

Iudica me domine secundum iu
sticiam meam et secundum in
nocenciam meam super me.
Consumetur nequicia pecca
torum et diriges iustum scrutans
corda et renes deus.
Iustum adiutorium meum
a domino qui saluos facit recto
corde.
Dominus iudex iustus fortis
et paciens numquid irascetur
per singulos dies.
Nisi conuersi fueritis gladium
suum uibrauit arcum suum
tetendit et parauit illum
Et in eo parauit uasa mortis

sagittas suas ardentibus effecit.
Ecce parturiit iniusticiam conce-
pit dolorem et peperit iniquitatem
Lacum aperuit et effodit eum
et incidit in foveam quam fecit
Convertetur dolor eius in ca-
put eius et in verticem ipsius i-
niquitas eius descendet.
Confitebor domino secundum iu-
sticiam eius et psallam nomini
domini altissimi.
Requiem eternam dona eis.
Nequando rapiat ut leo animam
meam dum non est qui redimat neque
qui salvum faciat. ℣. A porta inferi. ℟.
Erue domine animas eorum. Pater noster.

Et ne nos inducas. *Lectio prima.*

Parce michi domine nichil enim sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eum aut quid apponis erga eum cor tuum: Visitas eum diluculo et subito probas illum. Usquequo non parcis michi nec dimittis me ut glutiam salivam meā peccavi Quid faciam tibi o custōs hominum: Quare posuisti me contrarium tibi et factus sum michimet ipsi gravis: Cur nō tollis peccatum meum et quare non aufers iniquitatem meam Ecce nunc in pulvere dormio

et si mane me quesieris non sub
sistam. Respons. Qui lazarum
resuscitasti a monumento fetidum Tu
eis domine dona requiem et locum in
dulgencie. Versus. Qui venturus es
iudicare vivos et mortuos et seculum per
ignem. Tu eis domine. Lectio sexta.

Tedet animam meam
vite mee dimittam ad
versum eloquium meum. Loquar
in amaritudine anime mee di
cam deo noli me condempnare
Indica michi cur me ita iudices.
Nunquid bonum tibi videtur
si calumpnieris me et opprimas
me opus manuum tuarum

et consilium impiorum adiuues?
Numquid oculi carnei tibi sunt
aut sicut uidet homo et tu uidebis
Numquid sicut dies hominis di
es tui et anni tui sicut humana
sunt tempora Ut queras iniqui
tatem meam et peccatum meum
scruteris Et scias quia nichil im
pium fecerim cum sit nemo qui
de manu tua possit eruere. Rm.
Credo quod redemptor meus uiuit et in
nouissimo die de terra surrecturus sum
Et in carne mea uidebo deum saluatorem
meum. Vers. Quem uisurus sum ego
ipse et non alius et oculi mei conspecturi
sunt Et in carne mea. Leccio tercia.

Manus tue domine fecerunt
me et plasmaverunt me
totum in circuitu et sic repente
precipitas me. Memento que
so quod sicut lutum feceris me
et in pulverem reduces me. Non
ne sicut lac mulsisti me et sicut ca
seum me coagulasti: pelle et car
nibus vestisti me ossibus et ner
vis compegisti me Vitam et mi
sericordiam tribuisti michi: et visi
tatio tua custodivit spiritum me
um. R. iii Heu michi domine quia pec
cavi nimis in vita mea quid faciam
miser ubi fugiam nisi ad te deus meus
miserere mei Dum veneris in novis

ssimo dñe. ℣sus. Anima mea tur
bata est valde sed tu domine succurre
ei Dum veneris. In .ij. noct. ant.
In loco pascue. psalmus.
Dominus regit me et ni
chil michi deerit in loco
pascue ibi me collocavit.
Super aquam refectionis
educavit me animam meã
convertit.
Duxit me super semitas
iusticie propter nomen suum
Nam et si ambulavero in
medio umbre mortis non time
bo mala quoniam tu mecũ es
Virga tua et baculus tuus

